

proclamacionem in ipsa Northusensi ecclesia fecimus¹³, ut est iuris, citando ad certum et peremptorium terminum¹⁴ omnes et singulos, qui sua crederint interesse, ad proponendum contra presentationem huiusmodi vel presentatum, quidquid eis competeret proponendum. In quo termino Thi(dericus) de Kelbra, vicarius ecclesie Northusensis predicte, procurator Ludolfi de Salina, comparuit, asserens predictum dominum suum esse verum prepositum ecclesie Northusensis et in possessione^o eiusdem prepositure dudum fuisse pacifice et quiete, et ad ostendendum ius domini sui in prepositura predicta sibi petiit terminum assignari. Unde de consensu eiusdem procuratoris et Johannis predicti feriam secundam proximam post dominicam, qua cantatur Jubilate¹⁵, ad proponendum et ad ostendendum coram nobis omnia et singula, que presentationem predictam et investituram, que a nobis ratione eiusdem presentationis petitur, impedire possint et debeant, pro termino presentibus assignamus.

Datum Aschaffimburg X^o Kalendas Apprilis anno domini M^o Tricentesimo vicesimo.

IV

Erzbischof Peter von Mainz setzt nach Vorlage der Beweismittel Dietrichs von Kelbra den 26. Juni 1320 als Urteilstermin fest.

Bingen am Rhein, 1320 April 29.

Überlieferung: *Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. lat. 3981 (fol. 33^r) Nr. 4.*

Petrus, dei gracia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius. Cum ad inpediendum investituram, que de prepositura ecclesie Northusensis, nostre dyocesis, ad^p presentationem serenissimi domini nostri, domini Ludwici Romanorum regis semper Augusti, ratione imperii, eiusdem prepositure patroni, factam de persona Johannis dicti de Fleckenstein, canonici sancti Widonis Spyrensis, per eundem Johannem a nobis petitur, Theodricus de Kelbra, vicarius eiusdem ecclesie Northusensis, procurator Ludolfi de Salina eandem preposituram tenentis,

o) possessionem *Hs.*

p) que ad *Hs.*

¹³) Siehe Dok. II.

¹⁴) 1320 März 22.

¹⁵) 1320 April 22.